Q. SEPTIMI FLORENTIS TERTVLLIANI SATYRA DE PALLIO EMENDATA, ET cum interpretatione familiari siue glossaria.

ET NOTATIONIBVS RELIQVIS.

THEODORI MARCILII Professoris Eloquentiæ Regij.



PARISIIS,
Apud IOAN. LIBERT, via Diui Ioannis Later. è regione Auditorij Regij.

Anno salutis cIↃ. IↃCXIV.



NOTATIONES OMISSÆ DE IIS QVÆ AD TERTVLliani pallium.

CAP. I.

P.I. vers. penult.

In fibulæ morsu.

PEccare illos qui relegunt *infibulæ* etiam patefcit fibulæ defcriptione illa Sidonij, Panegyrico Anthemij, *Fibula mordaci refugas à pectore vestes Dente capit.*

CAP. II.

P.III. verf. 14.

Sit nunc aliunde res.

Phædrus fabella xxcvi. lib. v. *Ad pœnitendum rebus manifestis agi.*

C. III.

P.IV. verf. 9.

Sol stitionib. annuis.

Sic æstus pro anno Æneide I. vbi ea de re Seruius.

C. IV.

P. XVII. verſ. 17.

Pallium ſuper omnes exſuuias & peplos.

Exſuuias dicit veſtes Deorum ac Dearum illas quæ indutui: *peplos* autem veſtes Deorum ac Dearum illas quæ amictui. Sic L. Apuleius lib. De Deo Socr. *Item Deorum effigies & exſuuiæ, templorum regiones &c.* Sic enim is locus emendatè legitur. Et in Mileſijs lib. XI. *Potentiſſimorum Deûm præferebant inſignes exſuuias* &c. Et fine libri eiuſdem. *Exſuuias Deæ, quas in prouincia ſuaſiſti.* Variæ nempe Deorum ac Dearum veſtes quaſi ad vſus vitæ varios. Ergo etiam in pompa Circenſi *Deorum exſuuiæ*, Tertulliani c. VII. lib. de ſpectaculis, quas aliqui fruſtra interpretati, *exſuuias de hoſtibus partas & triumphatas*, ſiue manubias. Tranſuehebatur ſua cuique Deo Deęque copia veſtium in pompa Circenſi, vt penularum quaſi ad pluuiam &c. Sic etiam Dijs ac Deabus prærerductæ ſedes, coronæ &c. Tertulliani loco eodem.

C. V.

P. XIX, verſ. 17.

Aut pedes nudi magis

Patet crepidarum deſcriptione Sidonij in carmine epiſt. XI. lib. IX. & Panegyrico Anthemij.

P. XX. verſ. 18.

Qua M. Tul. quingent. mil. nummûm.

Hanc de M. Cicerône, & ſequentem de L. Sulla

historiam Tertullianus adtigit c. XXXIII. de anima.
P. eadem vers. 16.

Nullis veternis parco.

Veternis cessationibus & ignauorum otijs, In glossis tamen *veternosus* φθισικός, ὑδρωπικός.
P. eadem vers. 24.

Cum Drusillanus & quidem seruus.

Seruus pro liberto, vt indicio est Drusillani nomen ipsum. Libertos adfici nomine seruorum, notaui ad Q. Horatij Satyr. II. lib. I.
P. vlt. vers. 16.

Et primus edomator vocis.

Phonascum vocat *primum edomatorem vocis*, quia edomator vocis & alius, nempe musicus.
P. eadem vers. 19.

Et medicus.

Inepta rescriptio est, *& medicus*. Nata illa, ex frustratoria persuasione, Tertullianum agere nūc de septem artibus illis tantùm quæ indigetantur liberales. At illi sermo nunc est de omni artium illarum genere quæ non sordidæ ac βάναυσοι.

In notas porro ad Tertulliani pallium nostras in omissis p. 28. vers. 7. ex paroramate inrepsit notario illa subiecta his verbis, *nec aliud nunc curo quam ne .urem*. Ea itaque pro non scripta esto.

OPERARVM EXERRATIONES, IN HAC GLOSSARIA Interpretatione Pallij.

P *xij. verſ.* 22. *Omisêre verſum illum totum*, deinceps ſecura ſit de ſoli ingluuie, *de terræ hiatu*,& Africa.
P. *xv. verſ.* 22. ſtrati *lege*, illuſtrati.
P. *xxi. verſ.* 2 Phylina *lege* Phylira.
P *xl. verſ. propenult. in margine lege* Cippus [illegible],



Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI LIBER de Pallio,

SATYRA APOLOGETICA SIVE apologia Satyrica in non Christianos pro Christianis, qui togas mutabant Pallijs, cum Christi nomen sanctissimum profiteri publicè vellent.

CAPVT I.

VIRI Carthaginienses, *ciues Romani coloni noui Carthaginis*, Principes *ordine dignitatis*, Africæ *proconsularis prouinciæ*, semper, *etsi à Romanis diruta vrbs vestra olim, & quanquam æmula vestra Vtica, principatum vestrum, siue primum locum occupare voluit, tamen hodieque principes siue primi*, vetustate *qua Romanos ipsos vincitis*, nobiles *siue nobilitati*, nouitate *deductione coloniæ nouæ ab Octauiano Cæsare*, felices: gaudeo, *gratulor vobis*, *quod* habitus pacis *toga*, vos denotare *vos denotat, siue qua-*

si adposita nota indicat, tam prosperos temporum, *tam prospero frui tempore vt togati sitis,* cum *& gaudeo siue gratulor cum* ita vacat *siue vacuum vobis tempus à bellis* & iuuat, *& ita iucundum vobis tempus ex indulgentia principum.* Hæc & annona *annonæ copia, quam erogant vobis Seuerus, Baßianus, Geta A.A.A.* & *hæc* otia, *securitas siue vita vrbana & quies,* ab imperio, *ab imperatoribus est,* & à cælo.

Bene est, *bene habet, quod tam togati estis, non autem vt olim palliati,* tamen & *etiam,* vobis olim, *ante quam coloni Romani essetis,* tunicæ fuêre, *non Romanæ vt hodie, sed Punicæ,* in fama *in laude,* de subteminis studio *quod essent studiosè siue artitè ac tenui filo laneo detextæ,* & luminis *purpuræ* consilio, *quasi habito consilio, & dilectu, vt luminosissima purpura tinctæ essent,* & mensuræ temperamento, *quod mensura iusta siue mediocri essent,* quòd, *eo quòd,* neque trans crura prodigæ, *nimium demissæ,* nec intrà, *supra,* genua inuerecundæ, *non sat tegentes ea, quæ natura tegi voluit,* nec brachijs parcæ, *neque brachia strictè vestientes, sed manicis ad brachia, tanquam alis demißis,* nec manibus artæ, *non artantes siue artè vestientes, vbi manus iunguntur brachijs, siue ad internodia, quæ Græcis καρποὶ χειρῶν,* sed nec cingulo diuidente expeditæ, *nec*

cinctu diuisæ, siue in pectore succinctæ, vt essent expeditiores, atque *ac neque cum* quadrata instita, *fascia lata, purpurea oram tunicæ quadratæ ambiente.*

In viris autem *vestris*, pallij extrinsecus, *super interulam siue tunicam* habitus, *amictus*, & *etiam* ipse, *quemadmodum tunicæ*, quadrangulus, *quadratus*, ab vtroque laterum, *dextro læuoque* regestus, *circumcirca remeans*, & ceruicibus circumstructus *ambiens ceruicem*, (*peccant qui legunt*, circumstrictus, *nam vt ipse c. v. dicturus est, pallio nihil circumstringitur,*) in fibulæ morsu, *morsu fibulæ, siue nexu mordentis fibulæ*, humeris acquiescebat *ex humeris pendebat*: instar eius, *ad exemplum eius*, iam *etiam hodie*, Æsculapio vestro *Aesculapij vestri*, sacerdotium *sacerdotibus* est, *nempe pallium*. Sic in proximo *vicina vobis, & in conspectu*, soror *etiam ipsa, vt tu, colonia Tyriorum*, ciuitas *Vtica* vestiebat, *vestiebatur, nempe tunica Punica, & pallio quadrato*; & sicubi alibi in Africa, *prouincia* Tyros, *Tyriorum aliqua colonia, nempe Adrymetum*. At cum sæcularium sortium domina Fortuna, *quæ sortes rerum humanarum versat*, & Deus, *dominæ Fortunæ dominus.*, Romanis maluit *factum esse, siue magis fauit*, soror quidem *vestra* ciuitas *Vtica*, suopte arbitrio, *vltrò*

mutare *tunicā Carthaginiensem Romana, & pal*
lium toga properauit, *ante quàm ei offerentur*
vt adpulsum *in Africam* Scipionem *Aemi*
lianum missum ad bellum Punicum III. ant
iam *ante quàm haberet ius coloniæ*, habitu *Ro*
mano, siue togata salutaret, Romana præco
qua *ante tempus facta iuris Romani*: vobis ve
rò *Carthaginienses*, toga oblata est, *cum iur*
ciuitatis Romanæ & colonia, post iniuriæ, *ex*
scidij vrbis vestræ beneficium, *quod in benefici*
loco ducendum est vobis, quia profuit, vt *quipp*
exemtis *exsutis illo exscidio*, senium *senectutē*
sed non fastigium, *principatum Africæ*, *&*
post *C. Sempronij* Gracchi *tribuni pl. deducen*
tis vobis coloniam Iunoniam, obscœna omina
auspicia inauspicata, & post trinas Pompei
aras, *tres triumphos*, & post Lepidi violen
ta ludibria, *depopulationem qua inlusit colonia*
vestræ nouæ, & *Octauiano Cæsari*, & post
longas *annorum xvi.* Cæsaris *Octauiani* mo
ras *in deductione vestræ coloniæ*, vbi *& post*
quam Statilius Taurus, *missus à Cæsare Octa*
uiano mœnia imposuit, *mœnibus cinxit par*
tem illam coloniæ vestræ, quam M. Lepidus di
ruerat, & postquam sollennia, *ritus deducenda*
coloniæ sollennes, Sentius Saturninus *Augur*
enarrauit, *præiuit, docuit*, cùm *quo tempo*
re, concordia *pax toto orbe Romano clus*

Iano Gemino, & condito Salutis augurio, iuuat *iucunda fuit.*

Pro *superi* quantum *terrarum* circummeauit *toga prius quàm ad vos perueniret*, à Pelaigis *Arcadibus*, ad Lydos *Asiæ minoris populos*, à Lydis ad Romanos *commeauit*, vt ab humeris *quos vestiebat*, sublimioris *rerum potientis*, populi *Romani*, Carthaginienses complecteretur *eos vestiens.* Exinde *ab eo tempore*, tunicam longiorem *Romanicam*, *Carthaginiense longiorem*, cinctu arbitrante, *faciente ne longa nimium aut breuis sit*, suspenditis *ne pedes implicet*, & pallij *vestri*, iam teretis *rotundi, non vt olim quadranguli*, redundantiam *nimiam laxitatem* tabulata congregatione *multitudine tabularum siue tiliarum* fulcitis *sustentatis*, *ne indecenter fluctuet*, & *similiter fulcitis*, si quid præterea vestit, *vestiri cogit* conditio *genus vitæ*, vel dignitas, *vt magistratus*, vel temporalitas *varietas temporum, vt belli, pacis, funeris, nuptiarum, festorum, ludorum.*

Tamen *etsi palliati olim ipsi fuistis hodieq; subnude estis*, pallium generaliter vestrum *siue quod populariter vobis in vsu*, etiam denotatis, *ceu probrum Christianis obijcitis*, inmemores *pallij vsum vestrum esse.* Equidem *& quidem*, haud miror, *vos esse inmemores huiusce rei,*

præ documento superiore, *cum aliud e... superius siue fortius sit argumentum vestræ... uionis*. Nam & arietem (non quem La... rius *mimographus*, reciprocornem *corn... reciprocis præditum*, & lanicutem, *cute lan...* & testitrahum *testiculos grandes trahen... quasi onus*, vocat: sed trabes machina est... *li*, quæ militat, *cuius militia siue munus...* muros *hostiles* frãgere *subruere*.) nemini a... *mine* vnquam adhuc *antea* libratum, *libra... ne mœnibus inlisum*, illa *famosissima* dici...

Virgil. Æneide. 1. Carthago, studijs *artibus* belli asperrim... *hostes*, prima omnium armasse *instruxisse...* oscillum *ad oscillationem siue librationem* p... duli impetus, *suspensos impetus facientem... muros*, commentata *Carthago siue cogita... mutuata* vim torméti *machinæ bellicæ*, de b... *ab ira* pecoris *arietis* capite *cornuto* vindica... tis *se*. Cum tamen vltimarét *vltima iam ess...* tempora patriæ *meæ Carthaginis*, & aries *b...* iam Romanus *à Romanis iam vsurpatus pro...* in muros *Carthaginienses* quõdam suos *in... quos iuuentus ille olim*, auderet *impetum fac... admouentibus eum Romanis*, stupuêre ili... *Carthaginienses*, vt nouum, *quasi non iam ol... suam*, extraneum *& quasi extraneam siue... oticam siue Romanam*, ingenium *machina...* Tantum valet *potest* mutare *faciem reru...*

longinqua *longa* æui *temporum* vetustas. Denique *vt finem faciam*, sic *quemadmodum aries tunc agnitus non est pro machina Carthaginiensi*, nec pallium *quadrangulum hodie à vobis* agnoscitur.

CAPVT II.

SIt nunc res *argumentatio*, aliundè *ex alia mutatione, non ex mutatione vestium, aliarumque rerum vestra*, ne Pœnicum, *ne vos Pœni siue Carthaginienses*, inter Romanos autrubescat, *erubescatis quasi exprobrata vobis leuitate*, aut doleat, *doleatis quasi exprobata vobis seruitute, siue quasi toga ipsa argumentum sit, vos iam seruire populo Rom.* Certè habitum, *figuram siue faciem suam quasi vestem* vertere *mutare*, naturæ totius sollenne, *semper solitum* munus est: fungitur *eo munere habitum vertendi*, interim *eo ipso tempore quo natura*, & *etiam* ipse mundus iste quem incumbimus *incolimus*. Anaximander *Physicus*, si plures putat *mundos*, viderit *an etiam illi vertant habitum*: viderit Silenus, *an vertat habitum*, si quis vspiam ad *apud* Meropas, *alius mundus est*, vt *ille* blactit *garrit* penes *apud* Midæ *regis* aures aptas sanè, *non his solum sed* grandioribus *etiam* fabulis. Sed & *ipse mundus ille*, quem Plato æstimat *magni facit, aut esse putat, nempe mundus exem-*

Glosse. Æstimat. συνημμάτως, ὑπολαμβάνει.

plaris siue protypus, cuius *mundi* hic *noster mundus*, imago sit, etiam ille *mundus* habeat necesse est, proinde *consimiliter* mutare *habitum suum.* Quippe si mundus *ille Platonicus est mundus* ex diuersis substantijs, *vt cælo, stellis, mari, terra,* officiisq; *diuersis, vt conuersionibus cæli ac siderum*, constabit, ad formam eius quòd *non aliter quam, siue similiter ac* mundus hic *noster* est *constat.* Neque enim *Platonicus ille siue protypus*, mundus *est mundus* si non *est* vt mundus *noster, si non* proinde *similiter in eo vt in nostro mundo, diuersa sunt, vt cælum, aër, aqua, terra,* ex diuersa *variante* demutatione *vicissitudine*, in vnum, *tali vt ea ipsa demutatio sit vnitas siue concordia: si non* denique diuersitatis *diuersæ demutationis*, discordiam, *variationem*, vices *dum alia alijs succedunt*, federant *concordem faciunt:* Ita mutando, *sic quia mutatur adsiduè* omnis mundus, *siue is noster, siue Platonicus, siue quis alius est, eo ipso,* erit *dicetur mundus, nempe quasi mouendus,* *quippe* qui ex diuersitatibus corporatus *est, siue constat ex diuersis corporibus siue substantijs,* & vicibus temperatus, *varias vices habet, sed certa lege temperatas.*

Nostra certè metatio, *nostra habitatio siue mundus iste quem nos incolimus* (quod clausis

clausis vel in totum Homericis oculis, *id est prorsus cæcis*, liquet *perspicuum est.*) totum *prorsus* versiforme est, *mutabilis est res siue res formas suas vicibus vertens*, dies & nox inuicem vertunt *vertuntur*: sol stitionibus annuis *solstitijs quotannis*, luna modulationibus *cursibus modulatis siue moderatis* menstruis *siue mensium* variat *variatur*: siderum distincta *descripta, ordinata* confusio, *mixtura*, interdum deijcit quid *aliquid, nempe morte*, interdum resuscitat *in vitam*: cæli ambitus, *aër qui nos ambit*, nunc subdiuo *serenitate, sub dium siue extra tectum proliciente*, splendidus, nunc nubilo sordidus, *nubibus inobscuratus est*: aut imbres ruunt *de cælo*, & si qua missilia cum imbribus, *vt grando*: dehinc *post imbres* substillum, *adhuc stillans guttatim*, & denuò sudum *sine vdo, idest, serenum*. Sic & mari fides infamis, *propter crebras mutationes*, dum & *etiam ipsum*, flabris *flatibus ventorum*, æquè *in mari atq; in cælo siue aëre* mutantibus *fi, fit* de tranquillo, *apto nauigationi*, probum *prohibens à nauigatione, aut potius* procitum, *procul citatum siue commotum*, de flustris, *de malacia siue mollicie*, temperatum *mediocriter agitatum*, & extemplo *mox* de decumanis *fluctibus maximis* in *fluctus* quietos, *non obstantes nauigationi*.

Sic & terram si recenseas, *quasi sub censum siue examen voces*, amantem *quæ amat, siue solita est* vestiri temperatim, *ita vt per quatuor anni tempora seu horas vestem suam mutet*, prope sis eandem negare *parum absit, quin neges eandem esse*, memor *recogitans* viridem *fuisse*, cum *eam* nunc *æstate* conspicis flauam, *segete flauescente*, mox *hieme* visurus & canam *niuibus*. Cæteri quoque eius *terræ* ornatus, quid? non aliud ex alio, *variè* mutant *mutātur?* & montium scopulæ *speculæ, siue summi vertices* decurrendo *decussi ventis, aut alluuione vndarum*, & fontium venæ *nouæ* ebuliando *è terra bullando, siue scaturiendo*, & fluminum viæ *aluei* obumbrando *siluis ibi natis vmbras inducendo*. Mutauit & *aliud ex alio* totus orbis *terræ* aliquãdo, *olim*, aquis omnib. *tam maris quàm fluminum* obsitus *inundatus*. Adhuc *hodieque* maris conchæ & buccinæ peregrinantur *inueniuntur loco non suo, siue extra suam quasi patriam*, in montibus, *quasi* cupientes Platoni probare, etiam ardua *siue montes, non autem vt ille censet, campos tantum* fluitasse *inundatos fuisse*: sed & enatando *ex inundatione siue eluuione aquarum emergendo*, rursus infima *planiciem ex inundata in aridam*, *mutauit* rursus *factus* orbis alius, *non mari occupatus vt ante, sed habitabilis*. Idem mutat &

nunc localiter *per loca* habitus, *quasi vestem suam*, cum situs læditur, *cùm aliquid in eo situm perit*, *vt* cùm inter insulas nulla iam *extat* Delos, *cum aliud nihil quàm* arenę Samos: (& Sibylla non mendax) *& quidem nulla iam Delos, arenæ Samus, quia Sibylla quæ sic futurum prædixit, mendax non est.* Etiam in Atlantico *mari* Libyam & Asiam adæquans *magnitudine, insula* queritur *nusquam est nunc, siue disperijt.* Italiæ quondam latus *magna Græcia*, Hadria *mari Hadriano* Tyrrhenóq; quassantibus, *concutientibus terram identidem*, mediotenus *ex parte altera siue semisse*, interceptum *prorsus captum*, *siue absorptum*, reliquias *si quid superfuit* Siciliam *insulam* facit: cùm *quo tempore* tota illa plaga discidij *totum illud quo Sicilia abscissa est ab Italia*, contentiosos *inter se contendentes*, æquorum *Hadriani ac Tyrrheni* coitus cõcursus, *confluentiam, confluges*, retorquens *hinc inde torquens* angustijs *propter angustias siue fretum*, induit *tanquam vestem*, nomen vitij, *nempe vt Charybdis diceretur*, non exspuentis, *non reddentis* naufragia., *res naufragio mersas*, sed deuorantis, *ita vt nunquam post compareant.* Charybdis. χάσκουσα καὶ ῥυβδῶν ἀναπινόμένη.

Patitur & continens *terra mutationes* de cęlo, *vi cæli* aut de suo *suopte ingenio*. Aspice ad Palæstinam, quà Iordanis amnis finium ar-

biter *inter Arabiam Petræam & Samariam, inter Moabitidem & Iudæam*, vastitas *in ea est* ingẽs, & orba *habitatoribus* regio, & frustra agee *est. siue solũ sterile, & quo frustra agas siue labores.* at retro *olim* vrbes *ibi quatuor*, & populi frequentes & solum viuebat *fertile erat.* Dehinc vt Deus censor esset, *mores corrigeret,* impietas *populus impius* meruit igniũ imbres exuri *imbribus igneis.* Hactenus Sodoma *vsque ad imbres illos, fuit*, & nulla *deinceps, siue post imbres illos fuit* Gomorra, & *facta sunt ibi* omnia cinis, & propinquitas maris, *mare propinquum*, iuxta cum solo, *æquè ac solum siue regio illa*, mortem bibit, *sterilis facta est.* Ex huiuscemodi nubilo, *cælo nubibus obducto & fulminante*, & Tuscia deusta *est* Vulsinios, *ea parte vbi ante vrbs Vulsinij*, quò magis de montibus suis *de monte suo Vesuuio* Campania, erepta Pompeios, *cui iam ereptum Vesuuij incendio, Pompeij oppidum*, speret *metuat sibi tale incendium.* Sed absit, *sed hoc superi omen auertant*: vtinam *quidem* Asia iam *deinceps* semel pauerit voraginem *hiatum terræ, neque cogatur pascere sæpius*, expiata *iam siue purgata*, vnicis *Cambysæ Persarum regis* castris fraudatis *prandio, siue obrutis arena dum pranderent.* Multa & alia huiusmodi detrimenta, *casu sic deterentes siue lædentes*, habitum *quasi vesti*

rum orbis *terræ* nouauêre *mutauêre*; sitúsque *res in eo sitas* mouêre *verterunt*.

Bellis quoque plurimum licuit, *in mutando habitu orbis*. sed piget tristia, *casus tristes ac bella*, recensere, non minus quam regnorum vices *conuersiones*, quoties & ista mutauerint, *mutata fuerint*, iam inde a Nino Beli progenie *filio*, si tamen Ninus regnauit, *rex fuit* primus, vt autumat superiorum *veterum* profanitas *profana historia* (ferme *enim* apud vos *non Christianos* vltra *Ninum* progredi stilus *historia vestra* non solet, *id est nihil vetustius Nino rege antiquius*) *&* si *tamen forte* ab Assyrijs, *potiùs quàm à Iudæis*, patescunt, *incipiunt* æui *temporum* historiæ. Qui verò, *At nos Christiani qui* diuinas *historias* lectitamus; ab ipsius mundi natalibus, *primordio* compotes sumus *veræ historiæ*. Sed læta iam malo *recensere*, *siue à rebus lætis argumentari, res omnes verti ac mutari*, quippe læta mutant *faciem orbis terrarum æquè ac tristia*. Denique *Nam deinceps vt læta narrem*, si quid mare diluit, *inundauit*, *si quid* cælum texit *imbribus igneis aut fulmine*, *si quid* terra subduxit *hiatibus suis*, *si quid* gladius detotondit *in bellis*, aliàs *alio loco aut tempore*, compensatô, *compensatum* versura *magno fenore*, redit. Nam & primitijs *mundi primordio*, terra *erat* maio-

re ambitu, *maiore sui parte* cassa *inanis*, & vacans hominum, *non habitata*, & sicubi *si qua parte*, aliqua gens occuparat *terram*, sibimet soli erat. *sola idest sine commercio viuebat*, itáq; *atq; ita* cogitans omnia soli *sibi*, *non curans de alijs*: demum *sed demum siue progressu temporu* intelligens alibi *gentium* stipantem *abundantem esse copiam*, alibi deserentem *deficientem*, consuluit *ipsa sibi*, *siue cōsilium cepit*, runcare *runcādi*, *detrahendi de sua copia*, atq. ruspare *ruspandi*, *acquirendi de aliena*, *id est exercēdi cōmercij*, *ita* vt inde *ex eo commercio*, velut ex surculis, *arborum*, & propaginibus *vitiū*, populi *alij noui* de populis *prioribus*, vrbes *nouæ siue coloniæ*, de vrbibus alijs, per vbique orbis, *per omnes orbis terræ partes* pangerentur, *propagarentur*. Transuolauêre redundantium *in regionibus suis* gentium examina, *quasi anium* Scythæ exuberant, *quasi de vberibus manant* in Persas. Phœnices eructāt *prodeunt quasi de prouinciæ suæ ventriculo* in Africā, Romanos *in Italia*, Phryges *Asiæ minoris populi* pariūt, Chaldæum semen *Chaldæorum posteritas* in Ægyptū educatur, *educando transmittitur*, *aut educitur*: dehinc cum inde *ex Aegypto* transducitur *in Palæstinam*, Iudęa gens est, *alio nomine*. Sic & Herculea posteritas, qui pariter *cum duce suo* Temeno *Heraclida*, *siue qui pro-*

gnatus Hercule Peloponnefum occupando producunt *in lucem ac frequentiam*. Sic & Iones Nilei, *qui Codri Athenienſium regis filius*, comites, Aſiam nouis vrbibus *colonijs*, inſtruunt, ſic & Corinthij cum Archia *duce ſuo* muniunt *coloniam deducunt* Syracuſas *in Sicilia*. Sed vanum *fruſtra* iam *hoc tempore* antiquitas *proferuntur exempla antiqua*, quando curricula noſtra *noſtrorum curriculorum ſiue temporum exempla*, coram *poſita in medio ſunt*. Quantum orbis, *quot partes orbis Romani*, reformauit, *mutauit in melius*, ſeculum iſtud *præſens*? quãtum vrbium aut produxit *nouarum*, aut auxit, *earũ quæ iam erant*, aut reddidit *earum quæ perierant*, præſentis imperij triplex *præſentium trium Imperatorum* virtus *imperatoria*, Deo fauente tot *his tribus* Auguſtis *Seuero, Baßiano, Geta*, in vnum *ſic vnitis vt quaſi vnum ſint, nempe pater & duo filij*? quot cenſus tranſcripti, *melius in tabulis cenſualibus perſcripti*? quot populi propaginati *deductionibus coloniarum*? quot ordines ſtrati, *reſtituti priſtino ſplendori, habito dilectu*? quot barbari excluſi, *firmatis imperij clauſuris ac limitibus*? Reuera orbis *Romanus*, *nunc* cultiſſimum huius imperij *ſub his tribus A. A. A.* rus eſt, eradicato omni aconito, *veneno*, hoſtilitatis *partium Peſcennij & Albini*, & *era-*

dicato, carecto & rubo ſubdolę familiaritati *Plautianæ*, conſitum *arboribus*, & amœnum *floribus*, ſuper *magis quàm* Alcinoi *Phæacũ reg.* pometum, & Midæ roſetum. Laudans ig tur, *cùm laudes tu non Chriſtiane*, orbem mu tantem, *eo ipſo quia mutatur adſiduè*, quid de notas, *cur ad infamiam notas* hominem *Chri ſtianum mutantem togam pallio?*

CAPVT III.

MVtant & beſtiæ pro veſte *quaſi veſtem* formam *ſpeciem ac figuram exteriorem corporis ſui.* Quanquam & pauo, pluma ve ſtis *eſt*, & quidem de cataclıſtis *ſplendentibu de preſſorio, ſiue quia preſſæ*, imo omni con chylio, *quauis purpura* depreſſior, *ſplend dior*, qua *parte* colla florent *colorum varietat* & omni patagio *tunica patagiata, ſiue auro cla uata*, inauratior, qua *parte* terga fulgent, & omni ſyrmate, *pallæ tractu ſiue cauda*, ſolu tior, *protractior*, quà caudæ iacent, *non anc ctæ ſunt*, multicolor *veſtis paui*, *multitudin colorum*, & diſcolor *varietate*, & verſicolo *mutatione colorum*, nunquam ipſa *eadem ve ſtis*, ſemper alia, *non eadem*, etſi ſemper ipſa *eadem*, quando *etiam tunc cum* alia *non eade eſt*; toties denique mutanda *colore*, quoti *mouen*

mouenda *motu paui*. Nominandus eſt, *di-
gnus eſt qui nominetur*, & ſerpens, licet pone
poſt pauum. Nam & iſte *ſerpens*, quod ſor-
titus eſt *à natura*, conuertit *mutat* corium
pellem; & æuum *ætatem*. Si quidem vt *ſimul*
*u*ſenium *ſuum* perſenſit, in anguſtias ſtipat
ſe, pariterque *ſtatim* ſpecum ingrediens, &
*cu*tè *pelle ſua* egrediens; ab ipſo ſtatim limi-
ne *ſpecus anguſti*, eraſus *radendo exſutus: pellem
ſuam*, exſuuijs, *liberide ſua* ibidem *in ſpecu* re-
lictis, nouus explicat *ſe*, cum ſquamis, *pelle
exſuta*, & anni recurantur, *ſenectus exſuitur*.
Hyænam ſi obſerues *qualis ſit*, ſexus ei an-
nalis eſt, *vertitur quotannis*, marem & femi-
nam alternat, *alternis annis mas & femina eſt*.
Taceo ceruum, *de ceruo*, quod & ipſe ætatis
ſuę arbiter, *ætatem ſuam mutare ſolens*, ſerpen-
te paſtus, veneno *eius* langueſcit in iuuen-
tutem, *ſic langueſcit, vt eo ipſo languore iuue-
neſcat*. Eſt & quadrupes *quædam*, tardigra-
da *tardo greſſu*, agreſtis, *in agris degens*, humi-
lis *parum exſtans de terra*, aſpera *tergo*: teſtudi-
nem Pacuuianam *depictam his verbis à Poetá
Pacuuio*, putas eſſe, *quam dico*: non eſt *ea*.
Capit & alia beſtiola verſiculum *illum Pa-
cuuianum*, vna de oppido *admodum* medio-
cribus, *parum magnis*, ſed nomen *eius* grande
eſt. Nam Chamæleontem qui audieris *no-*

minari, haud ante gnatus, *qualis ea bestia*, iam timebis aliquid cum leone, *aliquid vastius &* *terribilius leone*: at cùm offenderis apud vineam, *in vinea*, ferme totum *Chamaeleonte* sub pampino, *ramusculo vitis*, ridebis ilico, *modo bestiolam ipsam*, *sed* & iam Graeci nominis audaciam, *qua in ditum leonis nomen tali bestiolae*. Quippe nec succus *ne succus quidem aliquis* corpori *erus ex cibo*, qui *succus tamen alijs* multò licet minutioribus, *vt musculae muscis*. Chamaeleon pellicula viuit, *nihil aliud quàm pellis est*, capitulum ei statim à dorso, *iunctum dorso*, nam deficit, *deest ei ceru*... itaque *capitulum ei durum est reflecti*, *non facile ad reflectiones*: sed circumspectu *ad circumspiciendum* emissitij ocelli, *quos facile illuc emittit ac circumfert*, imò *aut*, *verius*, *ocelli*, *sed luminis oculorum* puncta, *quis oc*... *paene toti pelle contecti* vertiginant, *vertig*... *rotantur*, κύκλῳ περιφέρονται. Hebes *Chamaeleo*, *qu*... fessus, vix à terra suspendit, *adtollere se pot*... molitur incessum, *aegrè & molitione ma*... *incedit quasi* stupens, *& tamen* promouet ... *quantum*, gradum magis demonstrat *m*... *tione sua*, quàm explicat *antrorsum*; ieiun... scilicet semper & infectus, *cibo non refect*... oscitans *ore aperto auras captans*, vesci... *his auris*; follicans *pellicula sua tanquam f*...

rminat, *auras*, de vento cibus *ei est*. Tamen *etsi de vento cibus ei*, & *etiam vt bestiæ antedictæ*, *chamæleon* mutare *se* totus *valet*, nec aliud *quidquam facere* valet. Nam cum illi coloris proprietas vna sit, *etsi ei propriè vnus color sit*, *viridis dilutus*, *siue ex viridi pallescens*, vt quid accessit, *tamen vt ad rem aliquam se applicuit*, inde, *illius rei colore* suffunditur: hoc soli chamæleonti datum *à natura* quod vulgo *specie prouerbij* dictum est, de corio suo ludere, *facere quicquid collibuit*.

Multa dicendum fuit, *dicere oportuit de bestiarum mutatione*, vt ad hominem *ad hominis mutationẽ*, prĕstructim, *quasi gradibus præstructis*, *siue gradatim*, perueniretur. Hunc *nempe hominem*, quoquo primodio *quocunq; modo primùm exstitisse accipitis*, *vos non Christiani*, *proditum fabellis vestris aut historijs*, nudus certè, *vt nos Christiani scimus*, & inuestis, *sine veste*, figulo suo, *opifici suo à quo primùm fictus est*, constitit, *erectus stetit*, post demum *tãdem* sapientiam haud dum, *necdum ei licitam*, *à figulo suo concessam*, præreptam, *ante tempus ereptam* potitur, ibidem *originis suæ loco*, protegere *porro siue admodum tegere* festinans, quod *membrum* in nouo *nouiter ficto* corpore, adhuc *ante præreptam sapientiam*, *siue scientiam boni & mali* erat indebitum *non de-*

bebatur pudori *siue non erat pudendum*, interim *dum veste caret*, ficulneis folijs circumdat. Dehinc cum de originis *suæ* loco exterminat *exterminatur*, quippe deliquerat *delicto suo commeruerat exterminari*, pellitus, *pelle amictus*, orbi *terræ* vt metallo, *tanquam seruus pœnæ in metallum* datur. Sed arcana ista, *istæ narrationes arcanæ sunt siue ex libris arcanis, siue Christianorum libris sacris, libro nempe Iustorum siue Rectorum*, nec omniũ *est ea* nosse, *siue non aperienda ista profanis*: Cedo *itaque* iam de vestro, *videamus vestras de origine vestiũ fabellas, vt* quod Ægyptij narrant, & Alexander digerit, *Alexandrini scribunt, siue digerunt in suos annalium libros*, & Afer legit, *vos Carthaginienses, aliiq; Afri legitis*, de tempestate *de tempore* Osiridis, qua *tẽpestate* ad illum *Osirin*, ex Libya *Africa* Hammon *pecuarius*, vasit, *pro-*
πολύμηλος. *fectus est*, ouium diues. Denique *deinde* cum ipsis *Osiride & Hammone*, Mercurium autumant diglabrasse *vellisse*, oueiculam *lanam ouiculæ*, delectatum forte mollitie, palpati *adtrectati* arietis *lanati*: dumq; pertentat, *experiri vult*, quod facilitas *mollities* materiæ *lanæ* suadebat *fieri*, tractu *lanæ* prosequente *manum trahentis*, filum eliquasse, *quasi de materia liquida vt aqua duxisse*, & in vestis *suæ* pristinæ, *qua vsus ante fuerat*, mo-

dum, quam *vestem de pellibus ferinis factam*, tenui philyua, *vinculo tiliæ* vinxerat, texuisse *lanam*. Sed vos *Carthaginienses, ceteriq́, Afri, noui*, omnem dispensationem *tractationem* lanitij, structuramque telarum, *artem telas texendi*, maluistis *adtribuere vt inuentrici* Mineruæ, *quam inuentori Mercurio*, cùm *quamuis* penes Arachnem *fuerit* diligentior officina, *maior texendi peritia*. Exin *deinceps agendum nobis* de materia *vestium*. Nec de ouibus *de materia vestium ex ouibus siue lana ouiũ*, *iam* dico vt Milesijs, *ex Mileti Cariæ vrbis agro*, & Selgicis, *meliùs* Gallicis, & Altinis *ex agro Veneto*, aut queis *quibus ouibus* Tarentum *magnæ Græciæ*, vel Bætica *Hispaniæ prouincia* cluet, *excellit aut gloriatur*, natura colorante, *quod lanæ natura ipsa rutilæ sint*, sed *dico quod est maiorum deliciarũ*, quoniam *quod* & *etiam* arbusta vestiũt, *etiam de arbustis materia vestium est*, & *quod* lini herbida *herbæ lini* post virorẽ *cum aruerint*, lauacro *lotione* niuescũt, *candidæ fiũt vt niues*: nec fuit satis *ad delicias* tunicam pangere, *arbores pãgere de quarum lanis tunicæ fierent*, & serere *tunicam, linum serere, ex quo tunicæ lineæ*, ni etiam piscari vestitum *ex mari* contigisset. Nam & de mari vellera *suppetunt, ex pinnarum bysso*, quæ, muscosæ *instar*

musci, lanositatis, *lanatæ*, lautiores *deli*
aptiores ceteris, conchæ, *pinnæ*, comant *qu*
comam producunt. Prorsus haud, *nemini lat*
bombycem (vermiculi genus est) *quæ p*
aërem aliquando, *suo tempore*, araneom
more scopis, *ramusculis arborũ*, idoneius se
sed magis artitè siue idoneè, maiore artificio text
ræ quàm aranei tendit, *quasi hospitium sibim*
tatur, *& dehinc* deuorat *folia scoparum*, *et*
inquam bombycem, mox se quieti redder
proinde si necaueris, *ac si emortua esset*, an
mata iam aluo stamine, *quod ex necydalo*.

Tantam igitur paraturam, *tantum adp*
ratum, materiarum *ad vestes*, ingenia quo
machinæ, molimina, vestificinæ, *artis conficie*
darum vestium, *siue sartoriæ* prosecuta, *id*
vestifices siue sartores prosecuti ijsdem quasi v
stigijs secuti, primum tegendo homini, qu
quatenus necessitas *nuditas* præcepit, dehin
& ornando, *ad decorem*, imo inflando *ad f*
ciem & pompam, quà *quatenus* ambitio su
cessit necessitati, varias indumentorum fo
mas promulgauêre *in vulgus edidêre*, qu
rum *formarum* pars, gentilitùs *pro gẽtium v*
rietate, inhabitantur, *quasi ædes*, ceteris *gent*
bus incommunes *non communes*, pars ver
earum passiuitùs, *passim*, *siue omnibus nullo d*
scrimine, vtiles *vtibiles siue vsui*, vt hoc *quod*

gimus, pallium, etsi Græcum magis *quàm Romanum aut Punicum*, sed *saltim tamen* linguæ *nomine suo*, iam penes Latium, *in Latio siue vsurpatum Latio est*. Cum voce *nomine*, vestis *pallium ipsum* intrauit *Latium & Romam*, atque adeo ipse *M. Cato Censorius*, qui Græcos pellendos vrbe, *vt nocentes* censebat *in senatu*, literas eorum *Græcorum* vocemque *dilectum*, senex iam, eruditus, idem Cato de iuridicinæ suæ in tempore *cum Prætor Romæ ius diceret*, humerum exsertus, *humero extra togam*, haud minus palliato habitu, *non minus quàm si palliatus fuisset*, Græcis fauit *Græcanici ritus & pallij studiosum se declarauit*.

CAPVT IV.

QVid nunc *porro est?* si etsi est *vobis ô Carthaginienses*, omnis alia Romanitas, *alij mores ritus Romanici*, alia nec *vobis est* vestis, *quàm Romana, nempe toga*, tamen admodum *nunc* Græci estis *Græcos ritus habetis*. Annon ita est? *Negatis ita esse?* vnde *ergo* genium in prouincijs *Africæ*, meliùs *ad cultum vitæ ciuilem* exercitis, quas *prouincias* natura agro potius eluctando *excolendo, agriculturæ potius quàm studijs & delicijs Græcanicis* com-

modauit *commodas fecit*, vigent *Græcanica* ſtudia palæſtræ, male ſeneſcentia, *quibus homines male ſiue miſerè ſeneſcunt*, & *in* callum laborantia, *quib. in caſſum ſiue inutiliter homines laborant*, & lutea vnctio *oleum legitimum & ceroma palæſtræ*, & puluerea *in puluere, humi* volutatio, & arida ſaginatio *victus athleticus*? Vnde apud aliquos Numidas cæſiatos, *non ſolum ipſos ſed* etiam equis *ſuis ceſariem alentes*, tonſor iuxta cutem, *qui tondet ſtrictim, ſiue radit, & cultri* tonſorij, *nouacula* vertex ſolus inmunis. Vnde quod apud hircos *natura*, & hirſutos *cultu*, tam rapax *pilos rapiens* ab ala, *ne hircus ibi cubet*, reſina, tam furax *quaſi furtim auferens pilos barbæ*, a mento volſella *forficula*, *tonſilla*? Prodigium *inſtar prodigij* eſt, hæc *has delicias fieri ſine pallio*. Illius, *delicijs infamatæ*, eſt hæc tota res, *hæ omnes mundiciæ ſunt*, Aſię. Quid tibi Libya & Europa cum exoticis *peregrinis, Aſiaticis* mundicijs, quas veſtire, *amicire veſte cõueniente, nempe pallio* non noſti? Reuera enim quale, *quàm abſurdum* eſt Gręcatim *Græcanico ritu* depalliari, *malè palliari pallio nẽpe nón quadrangulo ſed rotundo*, magis quàm amiciri *vt oportebat*? Habitum transferre *mutare*, ita demum cultus probrum, *cultus probroſus eſt*, ſi non conſuetudo ſed natura *ex ſexu*

sexus mutetur. Sat refert *multum interest*, in-
ter honorem temporis, *qui tempori siue tem-
poralitati debetur ex consuetudine*: & religio-
nem Dei, *Deo debitam*. Debet consuetudo
fidem *seruare, siue constans esse* tempori, *ita vt
tempus exigit*: natura *fidem seruare* Deo, *talis
esse qualem Deus præscripsit*. Naturam itaque
cócussit, *commouit, violauit*, Larissæus heros
Achilles; in virginem mutando *se*, ille, *in-
quam*, ferarum *leonum* medullis educatus,
vnde consilium *initum* nominis, *vt Achilles
diceretur*, quandoquidem labris vacuerat
abstinuerat ab vberum gustu, *à lacte nutricis*.
Ille, *inquam*, apud rupicem *rupibus habitan-
tem, rupiconem, petronem*, & siluicolam, *siluas
colentem siue venatorem*, & monstrorum *Cen-
taurorum* eruditorem *magistrum Chironem*, in
scrupea schola *scruporum, lapillorũ plena, scru-
posa, lapidosa, quippe in spelunca*, eruditus. Fe-
ras, *ferre possis* in puero *Achille* patiens *patien-
ter* matris *Thetidis* solicitudinem, *qua trans-
uestitus in puellam*, certè iam hirticulus *hir-
tus esse incipiens*, certé iam virum alicuius,
de filiabus Lycomedis regis clanculò, *congressu
clandestino* functus, adhuc sustinet stolam
fundere, *stolatus esse vt puella*, comam struere
fingere acu comotoria, & calamistris inurere, cu-
tem fingere *cerusa ac purpurisso*, speculum

cõsulere *de facie sua & cultu*, collum demulcere, *monilibus consolari*, aurem quoque foratu *inauribus inde suspensis*, effeminare, quod *effeminationis signum*, illi apud Sigæum *Troiæ promõtorium*, statua *posita* seruat *hodieq;*. Planè *quidem* postea miles est, *ad Troiam militat*. *Quid tum*? necessitas enim *non voluntas* reddidit ei sexum, *virilem*, *fecit vt virum se fatere-tur*. De prælio sonuerat, *Vlyxes tubicinem suum canere iusserit incentiuum carmen*, *& cre-pitum armorum*, *clamoremq; coram eo fieri*, ne arma longè *posita erant*, *permixta nempe nugi sive matronicijs mercimonijs*, *siue ornamentu Non mirum itaq; si Achilles tum virum se osten-dit*, *nam* ipsum *vi sua*, *inquit Homerus* ferrum virum adtrahit, *arma virum ad se trahunt*, *v magnes ferrum*. Ceterum si post incentiuum quoq; *carmen*, *siue cantum illum tubicinu Vly-xei*, puella *puellam se gerere* perseuerasset, potuit & nubere *vt puella*. Ecce itaque mutatio *habitus facta ab Achille*, monstrum *mon-strosa*, equidem geminum, *& quidem mon-strosa duobus modis*, *quia factus Achilles* de vi femina, *&* mox de femina vir, *&* quand *quandoquidem* neq; veritas *Achillem virũ e* negari debuisset, neque fallacia *habitus m tatio* confiteri, *detegi*, *quia* vterq; habitus m tandi *mutationis*, malus: alter, *de virili in m*

liberem aduerſus naturam, alter *de muliebri in virilem* contra ſalutem *Achillis bello perituri.*

Turpius adhuc *etiam* libido virum cultu *muliebri* transfigurauit, quàm aliqua *vt Thetidis* materna formido, *metuentis filio Achilli*, tametſi *ille ſic transfiguratus in mulierem*, adoratur à vobis *pro Deo, nempe Hercules*, qui *potius* erubeſcendus eſt, *rubori vobis eſſe debet* ſcytaloſagittipelliger, *ſcytalam ſiue clauam, & ſagittas, & pellem leoninam gerens*, qui totam epitheti ſui *ſcytaloſagittipelligeri* ſortem, *quaſi ſummam ſiue caput pecuniæ* compenſauit, *vt parem mutauit* cum cultu muliebri *Omphales. Tantum* Lydæ clanculariæ *clandeſtinæ eius amicæ Omphalæ reginæ* licuit *in Herculem*, vt Hercules in Omphale *in Omphales cultu*, & *viceuerſa* Omphale in Hercule, *in Herculis ornatu* proſtitueretur, *tanquam à lenone aliquo.* Vbi *tunc in Herculis animo & vita inueniretur gloria pugnæ, qua ſublatus ab eo* Diomedes *Thracum rex*, & cruenta *ſanguine hominum ab equis eius diſcerptorum*, præſepia? Vbi Buſyris *Aegypti rex*, & altaria *eius* buſtuaria, *in quibus homines ſacrificati & vſti quaſi in buſto?* Vbi Geryon *Iberiæ rex* ter vnus, *tricorpor*, Claua *ipſa Herculis* adhuc eorum *Diomedis, Buſyridis, Geryonis contuſorum* cerebris *quib. reſperſa fuerat*, fetere malebat, cũ vnguentis

offunderetur, *quàm vnguentis quib. offundebatur, siue imbuebatur ab Omphale.* Vetus *aridus* iam hydrę *excetræ Lerneæ* Centaurorumque *ab Hercule interfectorum*, sanguis in sagittis *eius* pumice speculi, *quo speculum suum solita læuigare Omphale* excludebatur, *effingebatur*, insultante *Herculis sagittis tanquam à se victis*, luxuria, *Omphale luxuriante, lasciuiēte*, vt post monstra *Stymphalidas aues* transfixa, coronam forsitan *quasi victæ illæ sagittæ lucrent, sibi detractam, imponerent capiti Omphales.* Ne sobriæ, *siccæ & duræ* mulieris *quidem*, aut virginis alicuius scapulæ sub exsuuias *pellem* bestię tantę, *leonis tam vasti* introire *indui exsuuijs illis* potuissent, *multo minus scapulæ Omphales mollissimæ feminarum*, nisi diu *ante* mollitas & erigoratas, *ita subactas vt non iam rigerēt*, & exodoratas *graui leonis odore purgatas*; quod spero, *credo*, apud Omphalem *iussu curaque Omphales* factum balsamo aut phyllino *foliato siue malabathrino vnguento.* Credo & iubas pectinem passas, ne ceruicem *Omphales* eneruem inureret *læderet* stria leonina *iubæ leoninæ*; *& credo* hiatus *leonini rictus* crinibus infartos, *& adumbratos fuisse*, inter geminas antias, *crines vtrinque à sincipite leonino dependulos*, ne tota oris cōtumelia mugiret *ne totus ille hiatus leonis aliquam emugiret*

Omphalæ contumeliam, siue ne conuiciarentur ei exsuuiæ, leoninæ pleno hiatu si *forte* posset. Nemea certè *vbi leonē cuius exsuuiæ illæ, Hercules primo certamine suo interfecit*, si quis loci *illius qui locum illum curet*, genius *est*, ingemebat. Tunc enim *demū* circumspexit *animaduertit*, & leonem *suum Nemeæū* perdidisse, *non autem tūc cum ab Hercule interficeretur*, Qualis, *quàm turpis* Hercules ille in theristro, *multitia, æstiua tunica* Omphales fuerit, descripsit *quasi in tabella picta* iam *ostendit* Omphale *à me* designata, *ad infamiam notata*, in scorto Herculis *leonis Nemeæi exsuuijs. Turpis enim sic Omphale, Hercules turpior.*

Sed & qui arte *athletica* Tirynthium *Herculem* accesserat *imitatus erat*, pugil Cleomachus *Magnesius*, post Olympia, *iam Olympionica*, cùm incredibili *turpi supra fidem* mutatu *mutatione*, de masculo fluxisset *in feminam, siue sexum sequiorem, siue cum emasculatus esset, siue* inter cutem cæsus, *siue intercutitus*, & vltra *præter coronas Olympicas* iam *etiam* inter fullones Nouianos *puerarios, quibuscum strenue luctatus*, coronādus *dignus coronari, quippe victor eorum siue qui eos fregerat, ruperat*, meritoque mimographo Lentulo in *mimo suo* Catinensibus, commemoratus *tanquam vulpinasgus pullus*, Vtique *profectò Cleomachus*

i le ficut veftigia *vibices* cæftuum viria *siu*
viriola occupauit *in brachijs* ita & endromi
midis folocem *endromidem veftem curforian*
foloce lana pingui fiue craffa detextam aliqu
multitia *vitrea, pellucente* fynthefi *vefte cœna*
toria extrufit.

Phyfconem *Ptolemæum Ægypti regem, &*
Sardanapalum *Affyrium* tacenũ eft, *filenti*
præterire cogor, qui nifi infignes libidinum
nifi libidinibus infames fuiffent, aliâs, *alia re ali*
qua fiue laude nemo nollet *reges fuiffe:* tacen-
dum autem *tacendi nobis hi reges*, ne quid &
illi *reges* de Cæfaribus quibufdam veftris
obmuffitent *contra muβitent*, pariter *æquè fiue*
non minus propudiofis. Nec magnæ fortè
conftantię, *in quo exfequendo magna opus con-*
ftantia & labore, mandatum fit, impuriorem
fcelere omni ac flagitio cõtaminatiorem Phyfco-
ne, molliorem *emafculatiorem* Sardanapalo
Cæfarem defignare, *ad infamiam*, & quidem
fub Nerone, *Neronem ipfum poft quinquẽnium*
imperij fui primum.

Nec tepidior *quàm libidinis* eft vis vanæ
quoque gloriæ mutandis induuijs, *ad indu-*
uiarum fiue veftium mutationem, etiam viro
faluo, *etiam fine effeminatione.* Calor *motiun-*
cula, fiue leuicula febris eft omnis adfectus,
verùm cum in adfectationem *oftentationem*

flabellatur, *quasi flabello excitatur adpetitu gloriæ*, iam de incendio gloriæ, ardor *febris ardens sine causus* est. Habes igitur ex isto fomite *incendij* æstuantem *vt febri*, regem *Alexandrum* Magnum *cognomento, quasi omnia vincentem*, sola gloria minorem, *victum*. Vicerat Medicam *Persicam* gentem, & victus est Medica *Persica* veste: triumphalem cataphractam *loricam* amolitus *exsutus*, in captiua *eorum quos ceperat, nempe Persarum* sarabara *bracca* decessit, *mortuus est*: pectus squamarum *loricæ* signaculis *vestigijs* disculptum *varie sculptum, impressum*, textu pellucido *multitia sarabara* tegendo, nudauit *effeminatè*, & anhelum adhuc ab opere belli, *puluere castrensi & pugna* & serico *serica sarabara*, vt molliùs, *quàm vestis lanea aut linea*, vêtilante, *ventum faciente, pectori anhelo ac æstuanti, hoc faciens Alexander, pectus non restinxit ad tempus, siue frigerauit, sed prorsus* exstinxit. Non erat satis animi tumens, *aut inflatus* Macedo *Alexander*, ni illum etiam vestis *serica* inflatior, *fastu Persico inflata* delectasset *vt iucundior veste Macedonica*. Nisi *illa excusatio est Alexandro*, quod & philosophi puto, *ni fallor*, ipsi, aliquid eiusmodi, *aliquam talem vestis mutationem* adfectarunt.

Vicerat. Ironia.

Audio enim & in purpura philosophatum

aliquem, vt Gorgiam aut Hippiam. Si philoſophus in purpura, cur non & in baxea *crepida*
ἰωνοφ. Tyria *purpurea? Quia* calcare niſi aurum, *aliud quàm aurum*, minimè decet Græcatos, *philoſophantes.* Atquin *imò enimuerò contra decet*
αἰθοπ. *Græcatos, aliud quam aurum calcare*, *nam* alius *philoſophus, Empedocles* & ſericatus, & crepidam æratus, *crepidas æreas indutus* inceſſit,
Ironia. dignè quidem *ſic* inceſſit, vt bacchantibus, *tanquam bacchi furore percitus indumentis ſuis, Empedocles,* aliquid ſubtinniret *adſtreperet, crepidis ſuis æratis, tanquam* cymbalo *in Orgijs.* Quod ſi iam tunc locorum, *eo tempore & loco,* Diogenes *Cynicus* de dolio *ſuo* latraret, *latrans vixiſſet*, non *annon &* cœnulentis pedibus *cœnulentos pedes habens*, vt *quales* ſciũt, *experti ſunt* tori, *lectuli accubitorij* Platonici *quos conculcauit*, & omnino totum *ipſum* Empedoclem in adyta Cloacinarum *Dearum, ſiue in cloacas detuliſſet*, vt qui ſe cæliteni deliratat *eſſe*, *verſibus ſuis & habitu*, ſorores prius ſuas *ſe dignas Cloacinas Deas*, dehinc omnes Deos ſalutaret *iam diuinatus ſiue Deus factus?*

Tales igitur habitus qui de natura *ſexu virili* transferunt *libidine in ſequiorem, & de* modeſtia *transferunt ad inſolentiam cupiditate gloriæ*, meritò ſit, *par ſit, liceat*, & acie *oculorum* figere

figere *vt infames*, & digito *intento* destinare *infamiæ*, & nutu tradere *irridendos*. *Nam* prorsus *profecto*, si quis Mæandrico *tortuoso* fluxu *vestis fluentis ad terram, motu*, delicatam *vt sericam* vestem humi protrahat *porrò siue longè trahat*, audiat ponè se *à tergo sibi mussitari*, quod & comicus *quidam audiuit*, qualem *quanti pretij* iste *comicus siue histrio* demens chlamydem disperdit *prorsus perdit?* Enimuero *atqui* iamdudum censoriæ intentionis episcynio, *super. cilio intento censorum, siue superciliosa nota censoris*, dispersio *quasi nebula*, quantum denotatui, *denotationi ad infamiam* passiuitas *passim obuia morum corruptela* offert? Libertinos, *non natalibus sed manumissione liberos*, in equestribus, *inter equites offert*, subuerbustos *sub verberibus vstos, verberones, seruos*, in liberalibus *inter liberos, siue loco liberorum*, dedititios *pessimæ conditionis libertinos* in ingenuis *loco ingenuorum*, rupices *rusticos*, in vrbanis *mixtos vrbanis*, scurras *adseclas, parasitos cœnipetas, laudicœnos* in forensibus, *mixtos patronis, aduocatis, negotiatoribus*, paganos *ciues vrbanos, Quirites*, in militaribus *loco militum*; vespillo *sandapilarius, siue sandapilo*, leno, lanista *gladiatorum doctor siue magister*, tecum vestiuntur *æquè togati sunt, ac tu, qui præ toga contemnis pallium*.

Conuerte *oculos* & ad feminas, habes *potes*

ſpectare quod *A.* Cæcina Seuerus *in oratione habita in Senatu*, grauiter Senatui, *ſenatorum animis* impreſſit, matrona ſine ſtola *non matrona ſed* in publico *ſiue publica ſiue communis amica eſt.* Denique *etiam* Lentuli Auguris *Diuitis* conſultis *conſilijs*, quæ *matrona* ita ſtolæ *depoſitione* ſeſe *ipſa* exauctoraſſet, *auctoritate matronicia exſuiſſet*, pœna erat pro ſtupro *tanquam ſtupratæ*, quoniam quidem indices cuſtodeſque dignitatis *matronicia* habitus, *ſtolam*, vt impedimenta lenocinij factitandi, *adliciendi adulteros, ſiue mœchos*, ſedulò *ſtrenue* quædam *matronæ* deſueteceran *abdicarant.* At nunc in ſemetipſas *ipſæ* lenocinando *ſibi præſtando lenas*, quò *vt* planitùs *de plano ideſt facile* adeantur, & ſtolam & ſupparum *ſubuculam ſiue quæ ſub ſtola*, & crepidulum &caliendrum *capitis ornamēta matronicia*, ipſas quoque iam lecticas, & ſellas, quis *quibus* in publico quoque domeſticè, *tanquam domi ac* ſecretò *ab oculis virorum matronæ* habebantur, eierauêre, *repudiauêre tāquā iuratæ ſe his amplius nō vſuras.* Sed alius *vt matronæ*, exſtinguit ſua lumina, *ſuam dignitatem ac ſplendorem abdicat*, alius, *vt lupæ*, non ſua *lumina*, *non debitum ſibi ſplendorem & ornamenta* accendit, *ſibi arrogat.* *Nam* adſpice lupas popularium libidinum nundinas, ipſas quoque frictrices τριβάδας pu-

blicas culiolas, tritoria, mutaria, (etsi præstat oculos abducere *auertere* ab eiusmodi propudijs *propudiosis feminis* occisæ in publico castitatis, *publicè incestis*) adspice tamen vel *saltim eminus* sublimes, iam videbis, *putabis te videre* matronas, cum latrinarū *lauatrinarum balneorum que in ædib. lenonijs*, antistes *leno*, sericum *vestes sericas* ventilat *promit de arcellis ac pressorijs*, & ceruicem *lupulæ* inmundiorem loco, *ædibus ipsis lenonijs siue fornice*, monilibus consolatur *quasi mœrentem quod his careat, idest ornat, demulcet*, & armillas, *quas* ex virorum fortium *bello*, donis *militaribus*, ipsæ quoque matronæ, *quanquam digniores sic ornari, quippe honestæ & nobiles*, timere *tamen* vsurpassent, omnium pudēdorum, *rerum flagitiosissimarum* conscias manus *luparum* inserit, *vt ornet*, putum *album* aut mulleolum *mullei coloris*, calceum inducit cruri *lupæ* impuro. Cur istas *lupulas sic ouantes in matronarum exsuuijs* non spectas *vt denotes*? vel *cur non spectas* illos item habitus, qui nouitate *insolentia* vestitus religionem mentiuntur *fingunt religionem esse, quæ non est religio sed vanitas*? *Vt* cum ob cultum omnia *omnino, prorsus* candidatum, *siue vt prorsus candidati sint*, & ob notam vittæ, *vt vittati sint*, & priuilegium galeri, *vt galero vtantur quasi comites Cereris quærentis filiam suam*

Glossæ Latrina λουτρὼν *Eadem* λουτρὼν Lauacrū, Lauacio. *Varro iix. de lingua Lat. Nonius.*

πάντα, ἢ πάντως λευχίμονα.

Proserpinam. Cereri initiantur, *mysteriorum siue initiorum Cereris participes fiunt? vt* cum ob diuersam adfectionem *adfectationem, atque ostentationem,* tenebricæ *pullæ* vestis *pallæ,* & tetrici *atri* super caput, *impositi capiti,* velleris, *agne,* fugantur *enthei furore Bellonæ perciti aguntur,* in montes Bellonæ, *qui sacri Bellonæ, deæ belli? vt* cum latioris purpuræ ambitio *tunica latissimè clauata,* & Galatici ruboris superiectio, *pallium coccineũ,* Saturnum commendat *sacricolu suis facit, vt in sacris eius cõsimiliter vestiti esse velint? Vt* cum ipsum hoc *quo de agimus,* pallium, morosius ordinatum, *ciliatum ac rotundum, idest cũ tali pallio palliati* & crepidæ cretatæ *candidatæ* Græcatim *idest cum Græcanico ritu crepidis candidis induti, phæcasiati,* Æsculapio adulantur, *placere volunt, nempe cultores eius, siue sic vestiri, quia sic vestitus Aesculapius.* Quantò tũc magis *si nos Christiani tanta in sacris nostris vestium varietate essemus,* arguas, *argueres* illud? En vrges oculis, *denotas ad infamiam me,* etiam simplicis *sine varietate habituum illa,* & inadfectatæ *sine adfectatione & ostentatione,* superstitionis *religionis* tamen *quasi* reum. Enimuerò *atqui* cum *pallium,* hanc primam, *summam, excellentem* sapientiam *nempe Christianam* vestit, *cum Christiani pallio vtuntur,* quæ *sapientia* vanissimis *non Christianorum* superstitionibus renuit,

uicium remittit, tunc certissimè pallium super omnes exsuuias *Deorum & Dearum*, *vestes*, & peplos *vt Mineruæ*, augusta *maiestatis plena* vellis, superq; omnes apices *flaminum*, & tutulos *flaminicarum*, *idest super omnes sacerdotum & sacerdotularum operantium sacris non Christianis*, *sacris sacrilegis*, lacer suggestus *sacra textura*, *sacrū detextum nempe* pallium, deducit oculos *ab errore ac superstitionib. vanissimis*, *ad veritatem & sanctitatem Christianæ religionis ducit*. Suadeo *tibi non Christiane*, reuerere *vt rem diuinam & sacram*, habitum *pallium* vnius *præcipui* erroris *tui vanissimæ superstitionis πολυθείας* renuntiatorem, interim *dū tu in superstitionis tuæ luto heres.*

CAPVT V.

INquis *mihi*, *tu non Christiane*, tamen, *vt maximè vera sit vestra illa religio*, ita *proptereane scopus est*, *transire* a toga ad pallium? Quid enim, *tu qui hoc reprehendis*, *tunc diceres*, si & à diademate & à sceptro, *siue à regno transiremus ad pallium?* *Atqui* an aliter mutauit *transiuit*, *quum à regno ad pallium* Anacharsis, *quem nō reprehenditis sed laudatis*, cùm regno Scythię philosophiam præuertit, *antepofuit?* *Esto*, nulla in melius, *ad meliora sacra* transgressus, *transitionis sint signa*, *cum toga mutatur pallio*, *tamen* est

aliquid habitus iste *pallium*, quod faciat, *in quo vtilis sit, siue prosit. Nam* prius *primum* etiam *vel* ad simplicem eius *pallij* spectatelam, & *vtilitatem pallij videbis*. Nullo *enim* tædio constat, *neque impensa, neque opera tædio siue tædula eius textura est, vt est illa togæ*. Adeo *ac vero* nec artifice *vestispico perito* necesse est *opus est, quali ad togam*, qui pridie *ante diem sumendæ togæ*, rugas *plicas eius* formet ab exordio *de nouo, de integro*, & inde *à rugis angustis* deducat, *deorsum ducat* in tilias *latiores*, totumq; vmbonis contracti, *togæ qua parte tilias habet*, figmentum *contabulationem*, custodibus forcipibus, *quibus contineantur deductæ iam tiliæ*: dehinc *postridie* diluculò, tunica prius cingulo correpta *succincta*, quam præstabat moderatiorem *breuiorem* texuisse, *ne opus esset succingere*, recognito rursus vmbone *parte togæ tiliata*, & si quid, *si qua tilia* exorbitauit, *turbata est*, reformato, *redacta in seriem suam*, partem quidem *vmbonis* de læuo *humero* promittat *deorsum mittat, demittat*, ambitum verò eius *vmbonis*, ex quo sinus, *pars togæ non tiliata*, nascitur, iam deficientibus tabulis, *vbi nullæ iam tabulæ siue tiliæ*, retrahat à scapulis, & exclusa *extra ambitum* dextera *scapula*, in læuum adhuc congerat, *reponat*, cum alio pari tabulato *tabularum congregatione* in terga dimoto *reiecta*, atq; ita

ante retroq; dispositis tabulis, hominem vestiat *non vestis sed* sarcina, *siue toga sic tabulata sit ei qui indutus est, non tam vestis quam sarcina*. Conscientiam deniq; tuam, *ô togate*, perrogabo *instanter rogabo*, quid *vtrum* te priùs *potius* in toga *sic contabulata* sentias *esse* indutum *veste*, an onustum *sarcina*? Habere vestem *amictui*, an baiulare *onus*? Si negabis *onustum te magis quàm indutum*, domum *te tuam, à foro reuertētem* consequar, videbo *obseruabo*, quid statim à limine *primo ingressu* properes *deponere*. Nullius profectò alterius indumenti expositio *cùm exsuitur, magis* quàm togæ gratulatur *grata est, grata habetur*. Calceos *Romanos* nihil dicimus, *missos nunc facio, non perstringo hac Satyra*, proprium togæ tormentum, *quib. propriè torquentur togati, idest ciues Romani*, immūdissimam pedum tutelam, *etsi inmundissimè ij pedes tuentur, quia pedes in eis sudore olidi sunt*, verum & falsam, *etsi falsò etiam pedes tuentur, quoniam à pedum figura ipsi discrepant*. Quam enim *quanto enim* non expediat *commodius sit* in algore *frigore* & ardore *solis* rigere *rigidum fieri, siccari* nudipedem *pedibus nudis*, quàm in calceo *repando, qualis Romanus* vncipedem *pede vnco*? Magnū *Ironia cū antiphon.* *non magnum* munimentum, *præsidium, adiumentum* incessus, *ad incedendi facilitatem* sutrinæ *sutorum officinæ* Venerię *Veneri ac venustati Ro-*

manorũ seruientes prospexêre *inuenêre*, perones effeminatos, *calceos illos qui nihil aliud quàm perones effeminatorum*. At enim *contra* pallio nihil expeditius, *ad vsum habilius*, etiamsi duplex *ex panno duplice*, (quod Crateris *Cynico* more, nusquam *nulla sui parte*, vestiendo *dum sumitur*, componitur *ordinatur tiliys*. Quippe tota molitio eius est, *non alia dum id sumitur molitione opus est*, operire *quàm vt operiat* solutim, idest, vno circumiectu, licet, *quamuis vno circumiectu, non duplice vt in togâ, siue non circumcirca remeans*, equidem *&* *quidem* nusquam *nulla sui parte* inhumano, *tali vt oneret potius quàm vestiat*, ita *tali siue simplice illo circumiectu*, omnia hominis:, *hominem totum* simul contegit: humerum velans *in humero adquiescens*; exponit *nudat humerum* vel includit, *celat*, *vestis* ceterò qua *parte* in humerũ adheret, *in humero nexum est*, nihil circumfulcit *humeris*, nihil circumstringit *collo*, nihil de tabularum *tiliarum* fide *serie* laborat, *non curàt an tiliæ exorbitent, quia nullas habet*, facile sese *ipsum nempe pallium* regit *continet*. *sine vestispici cura*; facile *sine forcipibus ac pressorio*, reficit *frugat*, * etiã cum *domi* reponitur, nulli cippo *pressorio* in crastinum *diem* demandatur *committitur*, *vt splendeat*, *&* *vt tiliæ constent*. Si quid interulæ *tunicule* superest, *si interula longiuscula est*, vacat

Plaut. Casina. sc. Omnib. vide pallio-lum vt rugat.

Cippus, ποδοκάκη. Glossæ.

zona

tonæ tormentum, *nihil opus cingi eam, quia totus pallio tegitur*, si quid calceatus, *si genus aliquod calceamenti* inducitur *pedibus*, mundissimum opus est, *pedes in eo mundissimi sunt*, aut pedes nudi magis, certè viriles magis, *quam in calceis, qui quasi perones effeminati sunt.*

Hæc interim *dum vt docui pallium esse toga expeditius, sic & otium eius defendam, dicta sunto tibi, ô nō Christiane togate*, pro pallio, quantum *in quantum, quatenus tu id*, nomine concitasti, *nominatim prouocasti, cum diceres, tamen à toga ad pallium*: iam verò & *etiam viceuersa palliū* prouocat *togam* de negocio *id est defendet suum otium præstare togæ negotio.* Ego inquit *pallium* nihil foro *debeo, non versor in commercijs, aut iudicijs*, nihil campo *debeo, non exerceor in campo, palliati non deueniūt ad ludos & decursiones campestres*, nihil curiæ debeo, *non intersum aut missione consultationib. de repub. & suffragijs comitiorum in Senatu*, nihil officio aduigilo, *non de media nocte surgo ad salutationes antelucanas*, nulla rostra præoccupo, *non misceor concionibus* nulla prætoria *palatia procerū* obseruo *vt cliēs*, cancellos *tabularia populi, archia principis, (cancellariam vulgus vocat)* non adoro *religiosè non colo negotij alicuius mei causa*, subsellia *in iudicijs in recitabulis*, non contūdo *non frango frequentiames & constipatione*, iura non conturbo, *vt*

calumniatores ac vitilitigatores, caufas nõ clatro *vt rabulæ forenfes*, non iudico *res fiue lites*, non milito *Imperatori*, non regno, feceffi de po-
ἀπεπα- pulo * *renunciaui feculo*: imò vnicum mihi ne-
ξάμην. gotium eft otium, nec aliud nũc curo quàm ne curem *quicquam negotij*. Vita meliore *beatiore*, magis in feceffu, *remotus à negotijs* fruare *frui potes* quàm in promptu *in publico & in ne-*
ὑποφο- *gotijs*. Sed, *inquit toga*, *fruare in feceffu vita* igna-
ρὰ togæ. ua *fine induftria*, infamiq; *non folum fine honore, fed & cum infamia*. Nam fcilicet patriæ *communi Romæ*, *aut propriæ vt Carthagini*, & imperio *Romano*, & reipubl. *populi Romani* viuendum
αὐθυπο- *vita impẽdenda* eft. Errat, *inquam ego*, *nempe pal-*
φορὰ *lium*, *iam* olim ifta fententia, *antiquus ille error*
Pallij. *eft*. *Nam* nemo alij nafcitur, moriturus fibi. Certè cùm ad Epicuros *Epicureos*, & Zenonas *Stoicos* ventum eft *fermone fiue mentione aliqua*, fapientes vocas *tu toga*, totum quietis magifterium, *omnes otij fiue ceffationis à republ. magiftros, vt Epicureos & Stoicos*, qui eam *quietem* fummæ voluptatis *beatitudinis* nomine conferuauêre *coluêre*.

Tamen, *etfi otio ego me præftare fiue cenferi dixi*, propemodum *aliquo modo*, mihi quoque licebit in publicum *publicè* prodeffe, *effe negotiofo atque vtili publicè*. *Nam* foleo de qualibet margine, *quouis loco fuperiore*, vel area *loco*

plano, medicinas moribus dicere, quę feliciùs publicis rebus *vt Romanæ*, & ciuitatibus, *vt colonijs ac municipijs*, & imperijs, *vt Romanò*, bonas valetudines cõferent, quàm tuæ operæ *togatæ*. Quippe si pergam tecum ad acuta, *quasi acutis siue vorsis gladijs depugnare*, plus togæ *togati homines*, læsêre *rempub.* quàm loricæ *quàm loricati, armati siue milites*. Atquin *contra* ego *palliũ*, *aliter longè quàm tu toga*, nullis vitijs, nullis veternis *nulli cessationi & ignauiæ*, parco, nulli impetigini, *gloriosæ procerum loquacitati, quæ quasi impetigo est*, adulor *laudatione aliqua blandior*, adigo *adplico ego* cauterium, *obiurgationem vrentem quasi cauterium* ambitioni, qua *ambitione M.* Tullius *Cicero*, quingentis milib. numûm *aureis quasi decies mille & 10* orbem *mensam rotũdam siue cibillam*, citri *citream*, qua bis tantum, *mille* HS. *aureorum quasi milib. xxv.* Asinius Gallus *orator & Poëta* pro mensa eiusdem Mauritaniæ, *citrea, ex eadem Mauritania ex qua Ciceronis mensa*, numerat *soluit*. Quantis facultatibus *quanta vi pecuniæ siue nummorum* æstimauêre maculas ligneas, *quib. variegatæ mensæ illæ*. Hem qua *quanta* lance, lances centenarij ponderis *L. Cornelius* Sulla molitur, *magna molitione struit*. Vereor ne parua sit ista L. Sullæ trutina, cum Drusilanus & quidem seruus *libertus Claudij Imper. dispen-*

sator Hispaniæ quingenariam, *quingenarum librarum* promulsidem, *lancem promulsidariam, siue ad promulsidem* ædificat *molitur*, suprascriptis fortasse *Tullij & Asinij* mensis necessariâ, cui *lanci* si officina exstructa est *vbi fieret, vt exstructa est*, debuit & triclinium *exstrui, capax eiusmodi lancis*. Immergo æquè *non minus* scalpellum, *vt sanguinem educam sitienti sanguinem*, acerbitati *sæuitiæ* ei qua Vedius Pollio seruos *suos* murenis inuadendos, *tanquam feris in arena*, obiectabat *in piscina*, noua scilicet *inusitata* sæuitia delectatus, teneræ bestiæ *murenæ*, & edentulæ, *sine dentibus aptis inuasioni* & exunguis *siue vnguibus*, & excornis *sine cornibus*. Placuit *Pollioni* de piscibus cogere, *per vim facere* feras *bestias quasi amphitheatrales*, vtiq; *sanè de piscibus statim postquam seruos comessent*, coquendis *Pollioni*, vt in visceribus eorum aliquid de seruorum suorum corporibus & ipse gustaret. Præcidam gulam *si eius mihi copia sit*, qua Hortensius orator, primus pauum cibi causâ potuit occidere: qua Aufidius Lurco, primus sagina *fartura*, corpora *pecudum* vitiauit, & coactis *infartis* alimẽtis, in adulterinum prouexit *porro vexit, longe mutauit*, saporem: qua Asinius Celer, mulli *piscis*, *triglæ* vnius opsonium *pulmentum* VI. HS. *sex nummûm sestertiûm milibus, quasi aureis* CCLXXV, detulit, *de macello ac pręsti-*

nuione domum tulit: qua Æsopus histrio ex auibus eiusdem preciositatis, *non minoris pretij vt utpote* canoris *cantu* & loquacibus *voce*, quibusq; *omnis generis*, sexcentûm milium *nummûm sestertiûm*, patinam conflauit, *confecit*: qua filius eius *Aesopus*, post tale pulpamentum *opsonium*, potuit aliquid sumtuosiùs esurire, *edendi causa adpetere*; margarita namque *uniones*, vel ipso nomine, *quo uniones dicti, quod unici reperiantur in conchis suis*, pretiosa, dehausit *aceto diluta valde hausit*, *ebibit*, credo ne mendicius patre *suo Aesopo* cœnasset. Taceo Nerones *Imperatorem Neronem*, & Apicios *tres*, & Ruffos *Ruffum*. Dabo *etiam* catharticum *purgatorium medicamentum*, impuritati *nequitiæ M. Aemilij* Scauri, & aleę *studio Qu.* Curij, & vinolentiæ M. Antonij III *viri*. Et memento *tu toga*, interim, *inter has historias*, istos *quos paucos commemoraui* ex multis togatos fuisse; qualis *quali turpitudine*, apud pallium *palliatus*, haud facile *aliquis unus inuentu*. *Melius dixeris, pulmentum.*

Has purulentias, *hæc tam purulenta vitia* ciuitatis *vestræ* quis eliciet, *quasi de vlceribus & vomicis animorũ educet*, & exuaporabit, *vt quasi minus olida sint*, nisi si sermo palliatus *philosophicus aut Christianus*, *quæ certißima vitiorum siue animi morborum medicina est*. *Itaque* sermone, inquit *ille apud Euripidem*, me suasisti *mihi per-*

suasisti, medicamine sapientissimo. Verum etsi eloquium *eloquendi vis* quiescat *non exerceatur à palliato*, aut infantiâ *impotentia fandi* subductum, aut verecundiâ *pudore* retentum *quasi vinculo*(nam & elingui *muta* philosophia vita *humana* contenta est, *morbi animorum sanari possunt*) ipse habitus *philosophi nempe palliū* sonat *loquitur*: sic deniq; auditur philosophus *etiam tacens*, dum videtur, *quia ego pallium ei pro lingua sum.* De occursu meo, *ipso occursu meo ego pallium*, vitia *vitiosos* suffundo *rubore, erubescere cogo.* Quis *enim* ęmulum suum *contrarijs ipsi studijs deditum, & obtrectantem*, cum videt, non patitur *aliquid, non animo turbatur?* quis oculis in *contra* eum potest *aliquid*, in *contra* quem mentibus *cogitatione ipsa* non potest *aliquid? qui potest occursum ac vultum eius ferre, quem cogitatione ipsa perhorrescit:* Grande pallij beneficium est, sub cuius recogitatu *quod etiā dum cogitatur*, improbi mores, *improbę morati*, vel *cùm maximè*, erubescunt.

Videris nunc *tu ô toga*, philosophia *mea* quid prosit *tuis togatis. Nam etsi philosophia mea nihil eis prodesset, siue mei philosophi eis vtiles non essent, quia contemnuntur ab eis, ego pallium tamen eis prosum.* Nec enim sola philosophia mecum est, *non solos ego philosophos vestio, non soli philosophi palliati sunt.* Habeo & alias artes, *vestio*

vectiam artifices alios, in publico *publicè* vtiles. De meo vestiuntur, *palliati sunt*, & primus informator literarum *grammatista*, & primus edomator vocis, *phonascus*, & primus numerorum arenarius *calculator siue calculo*, & Grammaticus, & Rhetor, *Latinus*, & Sophista *qui Græcè rhetoricatur*, & Medicus, & Poëta, & qui musicam pulsat, *citharista*, & qui stellarem *regionem id est cælum* coniectat, *siue ex stellis diuinat siue astrologus, Chaldæus, planetarius*, & qui volaticam *spectat, ex auium involatu diuinat, siue auspex οἰωνοσκόπος* Omnis liberalitas studiorum, *omnes ingenuos artifices*, quatuor meis angulis tegitur, *ego pallium quadrangulum tego siue vestio.* Planè, *inquies mihi tu ô toga, sic vestis tu pallium ingenuos artifices, sed* post Romanos equites *sed ita eos tu vestis, vt nihilominus contemtiores sint equitib. Romanis, idest, vt sint de infima plebe.* Verum *dicis ô toga, sed* & cerdones *sordidi opifices, &* omnis gladiatorum ignominia, *omnes gladiatores, qui edicto Prætoris infames*, togata producitur *in arenam, siue etiam gladiatores togati non palliati sunt. Itaque tui togati aliqui, ô toga, non solum de infima plebe vt palliati, sed etiam infra omnes infimos.* Hæc nimirum *itaque* indignitas erit, *habes tu toga quam voces indignitatem, videlicet tam viles ac turpes tibi togatos esse, & cur nobis ingerere illud desinas*, à toga ad

ὑπτο- ἐκ τοῦ ... αἰδῶ πρόφ. palliu.

pallium, *quasi ab equis ad asinos.*

Sed ista *sic* loquitur *declamitat* pallium. *A, præter illa de quib. pallium gloriatum est, ego Tertullianus qui togam pallio mutaui, hoc amplius pono in laudib. pallij, quod* iam illi etiam diuinæ *Christianæ* sectæ *religionis quam sequor*, ac disciplinę *quam didici*, commercium, *cuius nūc particeps sum*, confero *acceptum fero*. Gaude pallium *quasi animo*, & exsulta *quasi gestu, quia* melior *quàm non Christiana illa siue Græca* iam te philosophia *Christiana* dignata est, *se dignum indicauit*, ex quo *tempore* Christianum *vrme aliosque Christianos* vestire cœpisti, *siue ex quo Christiani iam palliati sunt.*

FINIS DEOQ. GLORIA.

Q. SEPTIMI FLORENTIS TERTVLLIANI LIBER DE PALLIO.

Cum interpretatione, notisque Criticis & Historicis THEODORI MARCILI Professoris eloquentiæ regij.



PARISIIS,

Apud IOANN. LIBERT, via Diui Ioan. Lateranensis, è regione Auditorij Regij.

Anno salutis CIↃ IↃCXIV.